

quiescit, quosque dimittat; sed illic d' verberat, ne iterum somat: instruitque verberare, ne cadat innocens inconsiderato vulnere. Cum fecordia fatat excessum indulgentia, spinae sunt animae. Dicemus ergo, ut fubdit Paulinus, d. v. 282. — Unde spina nascuntur in agro.

Paulin.

DIDASCALIA V.

Non dignitas in honore, honor sine potestate.

SE omnes amant; quin sollicitudo sit, an se decipiant. Quae ad speciem videtur motuum effrenatio correctio, erumpit morum corruptio: etenim dum comprehenditur error, apparet latens dissimulatus amor. Haud hoc, vivere ad legum iudicium, sed ad placitum; dum singulis lex videtur vivere ad votum: qua de causa Nemesis frantum & mensura dicantur, ut affectus immodici a Rectore temperentur: siquidem, quos ultra rationis mensuram exerit inordinata libido, compescendi legum & poenarum freno; quippe sine freno viventes (unde revocari non valeant) corruent precipites. O iudices! O medic! Venienti occurrere morbo: & ut canit Persius, Satyr. 3. à v. 32.

Stupet hic vitio, & sbris increvit opimum. Pingue caret culpa? Nescit quid perdat: & alto Demersus, summa rursus non bullit in unda.

Haud alia ratione velis, cum dira libido Moverit ingenium, ferventi tincta veneno. Sanè, ni viderint in moderatore frantum, prodie quasi ex adipe iniquitas eorum. Animus pravus haud facile flectitur, quamvis in pilo tondatur. Naturam efformat è vitionum consuetudine: inquinatae sunt viae illius in omni tempore: & modo videat effugium sine supplicio, non movebitur à generatione in generationem sine malo. Ligna curva igne dumtaxat redduntur recta. Haec erit in pravos, ut ferro dirigantur, disciplina: igitur si viderint in Praeside indulgentiam, focordiam, vel dissimulationem; nunquam valebunt redigi in status rectitudinem: dimissi namque in desiderijs cordis, ibunt in adventionibus suis, quasi non esset Praeses. Rigoris coe-

Frantum & mensura, ad instar Nemesis, sunt in manu Saturni.

Perf.

Pravitas impunita, quod egredi!

ditione, quasi carēnis, libertas ne noceat libertati, religanda.

Virtutem ut videant, intabescantque relicta. Innuat praesens Tautologia. Sedes (dicitur) super sedem sanctam suam. Sedes indicat potestatem in maiestate regiminis. Sedens super sedem, ministerium in regimen potestatis. Si simul unita, proculdubio sedes sancta: textusque sedentem & super sedem designat; quippe super sedem non sedet, qui sedet tantum ut sedeat. Aut oportuit (ait Bernard. Epist. 87. n. 3.) gregem dominicum; minime servandum, suscipere; aut susceptum, nequaquam relinquere. Ministerium implere, inbet discipulum Paulus, ne sit in munere sine munere. Habet ministerium honorem: habet potestatem, ut in honore arcantur, vel compescantur mala: è quibus aeternae damnationis pericula: & dum habet in subditos officium publicum, in honorifico officio (ut impletur) praecipit exerceri ministerium; quippequam in munere complemeatum non adducit, si propter honorem honor sine ministerio habetur. Erit enim insulata summa, vel deridicula statua. Utinam fiat totis viribus; quod firmum in virtute, subditorum iter peccatis, cum vel visâ Praesidis virtute, & etiam potestate cadat animus! Haud sectaris, nec movearis, moto subditorum corde. Ministerium tuum imple. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non suslinebunt; sed ad sua desideria coercerabunt sibi magistros, prurientes auribus: & à veritatem quidem auditum avertent, ad fabulas autem converterentur. Haec illorum opera. Argue, obsecra, increpa. Haec virga directionis; quae non directionis, modo vitia praetermiseris. Dociles obsecra, negligentes increpa, inquietos & indisciplinatos argue. Ministerium tuum imple: igitur si abest à pravus continuâ dissimulatione supplicium, non impletur ministerium: imò subditi à veritate auditum avertent, magistros in corruptelam inquent, ad vana corda convertent, leges proterent; instituta despicient, ad lubricum virentes & voluptatem; quasi non haberent Praesidem. Efformatur in splendorem muneris ministerium, ex severitate, & benevolentia: ex iustitia & gratia; quia minister & medicus & iudex, uti pater & magister. Misere temporibus tempora. (ait Doctor Monathorum Benedictus, Regul. Sancti. cap. 2.) terroribus blandimenta; dirum magistrum patris ostendat affectum. Honor completus officiorum, misericordia & iud-

Il. v. 18

Psal. 46 9.

Bern.

2. Tim.

4. 5.

Pel ab ad cantum officium vel impleendum ministerium.

Verf. 23

S. Ben.

di-

dicium: impleturque ministerium commendat Paulus, ut floreat Praeses & munus. Ex consorcio iustitiae & gratiae, complementum muneris constat: minime impletur, si aliquid aliquomodo deficiat: deficiuntque ministeria, si in ministro totam gratiam; quippequam tunc officium, sed non completum: nullumque ministerium, dum non completur officium. Vernaculè: No se cumple en el cargo, sino se cumple.

3 Si Praeses pater, ubi honor? Si iudex, ubi timor? Si magister, ubi doctrina sana? Si medicus, unde tot ulcera? Ex Praesidis focordia, & criminosam indulgentiam, qua fovetur corruptelae virus, relaxationis vulnus, dignitatis dedecus, insolentia subditorum; quippe Praeses ut ministerium habeat, non adimplet ministerium. Perfice ministerium plene: Alapide dicit. Apposite: si non plene, vacue: non vacuum ministerium, si habet ministerium: Paulusque non solum monet de ministerio, sed de ministerij plenitudine; etiam lamentabile, quod Praeside habente officium, cum Praeside appareat vacuum: sitque Praeses munere sine munere. Praesidis: quandoquidem insipienter attonitus, insensatus, quasi non haberet manus. Vide dicta, Tom. praeced. T. 5. D. 5. à n. 2. Factis luminariibus, posuit ea Deus in firmamento caeli, ut lucentes super terram, & praesent. Utrumque Conditor nescit. Ut lucentes & praesent. Praesides constituit, & dignos munere elegit: etenim aegre admittitur in Praesidem, qui non habet ex doctibus splendorem. Ut lucentes, & praesent. Quomodo praesidentia illuminabit, qui non lucent? Super terram erit sane in irrisionem, si viderint Praesidem: etenim nihil magis refibile, quam indignus in lucida dignitate. Prius dixerat: Fiant luminaria in firmamento caeli, ut luceant & illuminent. Patet Praesidis officium, & ministerium plenum; ut ex dedecore defectu ministerij, muneri discant incurrere: siquidem minime splendent, modo errantes non illuminent. Non enim fungentur munere luminarium, si non exercent officium: igitur defectu lucis, qui illuminari debent, iacent in tenebris. Fiant luminaria in firmamento caeli, ut luceant & illuminent tempora. Ex illuminatione super terram, conciliant sibi & dignitati Praesidum gloriam: splendor enim micat superioris lucis, illuminare inferiores. Alcim. Avit. 1. Genealog. à v. 23.

Alapide.

Unde cum Praeside vacuum?

Genes. 1 à 17.

V. 14. Condito Praesidi digni & indigni.

Alcim. Avit.

Quantitas ad terras sublimes ex aethere vultum,

Illustrans quodcumque videt.

4 Fiant luminaria in firmamento caeli. Sicco super terram exponitur luminarium conditio; quia in terra Praeses quasi caelo dignitatis constituitur luminaria, verum sine firmamento: etenim cum horum conditores sint caeca voluntas, & potestatis vanitas; potentes in electionibus constituunt luminaria, & magna, non ut luceant, sed ut cadant; quia illorum insolenti potestati satis videtur, tumidè dicere: Fiant: ceterum cum illis non sit voluntas potentia, etsi velit arrogantia; quia nec lucent, neque illuminant in solio, liquer perpicuo, electionum non esse factam à Deo. Sunt enim in caelo throni, verum non in throno caeli, luminarium apparentia, apparentia luminaria; sed fumosa: & quia plorate faciente usquequaque virtutem; & quia denigrant toto in cursu dignitatem. Haec Ieremias dicit: Aspexi caelos, & non erat lux in eis. Ubi Sol? Defecit Praeses. Non Sol (quantumvis ibi) quomodo defecit lux. Sol factus est niger: & quasi defecisset, eum in solio non lucent. De Ierusalem eiusque Rectore loquitur, dum caelum throni in regimen sine luce videtur. Nonne erat ibi constitutus Sol? Erat, verum erat niger. Non erat lux in eo. Quare? dicit plane: Insultus sum & non erat homo. Ad solium in quo requiritur homo, si homo non est, in dignitatis caelo non est Sol: sine Sole non est lux. Quid quod praesit si non lucent? Nigrescit auctoritas, palliet honoris maiestas, & coruscans splendor in dignitate; quippe Praeses ut niger sine splendore. Sermo Dei efficax: sermo hominis loquax: sed ita electoris efficax inefficacitate dominatio, atque vocalium ambitiosa projectio; ut cum nequaquam sit Sol, nec lux in eo, quippe nec homo, ut per ipsum in caelo dignitatis splendeat; (satis illius delirantis phantasiae, si modò dixerit: Fiat. Non Conditor, ut lucent, luminaria constituit. Qui non homo non hominem eligit. Non est lux in eis, sed arrogantia malitiosa in electore, designato in dignitatem dignitatis dedecore: quandoquidem ut sine alio splendore coruscet, Solem eligit luminare, quod nigrescit: cogitans simul sui commendabiliorum splendorem regiminis, ex maculis, nexis, ambros & tenebris successoris. Verum de hoc fufusus, Tom. seq. O quantum est in rebus inane!

Unde arrogantia eligentium, & dedecus dignitatum

Ierem. 4 23.

V. 25.

Palliet cum dignitate, si in Praeside de non sunt doctes.

Sa-

Satis obvia. Luminaria ergo signatur in firmamento (quia Praefides ligari & figi debent officio) Ut lucerent super terram & praesent. Insignis connexio! Utrumque necessarium, ut qui praesunt luceant, & qui lucent lo.um superiores habeant: dignitasque praesidentiae a Conditorie iungitur splendori; quippe qui lucent semper debent collocari in dignitate.

Maiores dignitatum honores superioribus mris

Genes. 1

Praes non est, si non praesent

1. Reg. 1 27-35

Nec officium habet, qui non exercet.

Hinc dicitur: Super terram: igitur cum splendor dorum suapte sint creditores dignitarum: dum constat ad honorem de splendore, oportet semper Superiores esse. Ergo principali articulo. Ut lucerent & praesent. Praefides constituuntur, dum ad caeli thronum propter lucem destinantur: in praesidentiaque lucent; quoniam non lucent, qui praefides, si non praesent. In luce prima paruit. Fiat lux (dixit Deus) & facta est lux. Hebr. & Malucud. Erit lux, & fuit lux. Fuit & Erit haud facile intelligitur: verum notescit. A Conditorie accepit splendorem & praesidentiae dignitatem, ne sub eius potestate adessent tenebrae. Splenduit, sed tenebras non removit, quousque Deus divisit. In munere lucebat, sed fiabat. Ostendebat muneris splendorem, sed in tenebras nullam exercerebatur potestatem, quasi non esset in munere: & quae praesplendore praesent tenebrarum facta, dicitur Erit: quippequam quasi non fuisset, quae praesent non praesideret.

6 Antilogia, de qua ex professo, in Eppemerid. 2. Ianuar. n. 6. fax erit proposito Didascalica. Eiecit Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini: & Sadoe Sacerdotem posuit pro Abiathar. Ibid. cap. 4. 4. subditur: Sadoe & Abiathar Sacerdotes. Utrumque verum. Sadoe habebat in officio Sacerdotis Summi ministerium: Abiathar vero habebat officium: & quasi perfunctus, cum haberet designatur sacerdotio; quippe carebat in honore dignitatis tantum honoris ministerio. Uti lux totius caeli Ecclesiastici constitutus a Deo in munere, ut lucret, & praesent in collatae dignitatis honore, & culmine & potestate: habebat officium, sed non usum, ut impleret ministerium: & sine officio Summi Sacerdotis in ipso sacerdotio nominatur, ut perfunctus, dum non fungitur; quippe officium in officio non habet, qui non exercet. Habet honorem sine honore, culmen sine celsitudine: etenim cum potestas astruat, & compleat dignitatis honorem; in ipso, caret honore habens citra potestatem. Ut praesent & in

praesidentia luceant radijs virtutis & dignitatis, in culmina evolvuntur Superiores. Magni utique qui dominantur in potestatis suis. Si non in potestatis domo dominantur, haudquaquam praesent: fungunturque & perlinguntur simul specimine honoris; quoniam simul sunt Praefides & non Praefides. Aliquando fit urgentia fociorae, desipientia indulgentiae, fauoritate gratiae; aliquando insatiabili ambitione; verum tempore Praefidis indignitate: equidem cum eius muneris sit, luere in honore & simul praesidere; hocci pendit stultitiae, quod praesidentia cadat, modo in honore, quamvis sine honore, luceat: non enim sibi suadet ambitio praesententiae, luere posse; si Praesent praesideret in dignitate: igitur subditi, ut subditi non sint, ambiunt potentem Praesentem; sed Praefidis toto corde aversantur potestatem. Unde cum huius exercitio, Praefidis non sit acceptio: modo permittant ostentandum splendorem in dignitate, Praesent subditi indulget, & vivere sine Praesent.

7 Hoc viderit, & videtur sine lachrymis, nec ambitionis studium compescitur, ne videatur! Quinam hi infelices, qui Deum non timent, ita homines formidantes: Dicit vel Ethnicus, 3. de Res. nar. a v. 59.

Nam veluti pueri trepidant; atque omnia cecit

In tenebris metunt. Honorum dira cupido Quae miseris homines cogit transcendere fines

Iuris, & interea socios scelerum, atque ministros

Quarere, &c. Hac vulnera vite.

In hunc locum Philosph. Stoicus, Epist. 110. insit: Omnia nobis fecimus tenebras: nihil videmus nec quid noceat, nec quid expediat. Totam vitam incensimus: nec ob hoc resistimus, aut circumspicimus pedem ponimus. Vides quam furiosa res est, in tenebris impetus. Quid enim facient ovae sine pastore, illeges sine iudice, filij sine patre, & sine medico aegroti? Hac vulnera vite.

Disce de miseri & causas cognoscite verit. Quid sumus, & quidnam vitari gignimur, ordo

Quis datus, aut meta qua mollis flexus, & unde.

Eritne ordo, sine ordine vivere? Eritne regimen sine regimine? Sine superiore & inferiore erit categoria, vel consilium cum anarchia: indulgent, ut indulgeantur.

Molimen subditorum, ut excusant iugum.

Lucret

Senec.

Unde etiam in regimine

Peritus, d. a. v. 56

Et

Jerem. 7. 18.

Senec.

Ezech. 15. 18. Damnantio Praefidi, blasu diri subditorum peccatis.

Quinam confessarij aulici

Filij colligunt ligna, & patres accendant ignem, & mulieres conspergant adipem, ut faciant placens Reginae colli. Lunatici sunt. Cunctos ligant consortia damoi. Fiunt ex ovibus lupi; quatuor sine quibuscumque navis a turbine & tepellate. Radix victorum pullulat; quia nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, sine merore, imo exultatione Praefidis; quoniam sedet adinstar Neronis, vel videns incendium urbis: ex civium exterminio clarior, ex cladibus honos, & ab alosi si non sui, saltem ignis, splendor. Quo, ut canit in Agamem. Seneca, a vers. 481.

Mundum ovelli sedibus totum suis Ipsosque rupto crederes caelo Deos Decinere, & atrum rebus induci chaos.

8 Seriem, methodum, ac tenorem Praefidis demonstrat in exitum prudentis regiminis, Gregor. Magnus, 1. Pastor. cap. 9. & 10. Pastor cum regimine appetit, per exemplum pravi operis Pharisaeorum; ad ingressus regni colorum tendentibus, obflaculum fit: nec ipsi intrant, nec alios intrare permittunt. Omnibus modis congruit, qui per pietatis viscera ad ignoscendum stentur; sed nunquam plusquam deceat, ignoscens, ab arce rectitudinis inclinat. Cervicalia peccantium, vocat Ezechiel: igitur ubi huiusmodi Praefides, quiescunt, & quiescunt ad ludium peccatores. Prava cognoscunt, ac propter commoda caecutiunt, & subditi in flagitijs obsecrunt: etenim crimen non habent ut crimen, cum in transgressionis iudices habeant ex crimine requiem. Pulcillos sub omni cubito manus; & faciunt: cervicalia sub capite universa aetatis ad capiendas animas. Damnari a iudice debeat iniquitates, sed studium complacere subditis: & spinis, quibus puncta conscientia, Praefides pro flagellis preparant cervicalia; ut nunquam a sceleribus respicerent, cum esse sub sentibus ut delicias computarent. Malum, quod peccatum in scandalum, proximique praecipitium, indulgeatur: in peius, pro pena cervical a iudicibus apponitur: igitur aggregantur peccata sine formidine, apertaque frontesubi apud quem venire debet regidam severitatem, plausum ac laudem commillum reperit crimen. Grati cupiunt subditis esse, & captis animis indulgentia dominari; in quorum captivam, nihil praesentius, quam voluptati loqui, in libertatem mulcere, genio blandiri, cunctis placere, nullum corrigere, nemini

dispicere, averfa dissimulare; manus nisi in commoda non obire, quippe illius non erit nec in illo optata utilitas, si aliquomodo iudicis emicnerit aulicitas: igitur quicquid ille voluerit, subditi indulti libentissime facient; modo permittat, quicquid illi voluerint.

Tom. VII. T. 1. 1. 1.

Quam apud dicitur! Sic se iudicant felices, cum sic sint infeliciores: equidem cum ad illorum munus spectet, obviare vitijs, occurrere malis, curare vulnera, relegare scelera, fulminare minas, inferre plagas, Dei removere offensas, tollere scandala, ut flagitiorum deformitate terreatur, blandimine iudicium peccata foventur. Unde sine respicientia exclusi ab aeterna gloria, adulatione fallaci atque miserè delusi praecipitantur in Tartara. Cervicalibus caput iacentis excipitur (subdit Gregor. d. part. 2. cap. 8.) cum correctionis aulicis peccanti subrahatur, eique mollities favoris adhibetur; ut in errore molliter iaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsas. Sed hoc Rectores (Pende originem) qui semet ipsos diligunt, bis praeculubio exhibent; a quibus se noceri posse in studio gloriae temporalis timent. Pulcillos igitur sub omni cubito manus ponere; est, cadentes a sua rectitudine animas, atque in huius mundi se dilectione reclinant, blandam adulatione refovere. Ex amore sui mens Rectoris in mollitiem vertitur, quia cum peccantes subditos respicit, corripere non praesumit: imo nonnunquam errata subditorum que inerepare debuerat, adulatione demulcet. Regerit idem, lib. 18. in Job. cap. 4. Torum sit propter philautiam, & temporalem tulleum gloriam, studio facilitatis, docilitque genij; sed affectati. Hinc subditur: Interfecit ut animas, quae non moriuntur, & vivificant animas quae non vivunt. Si mollities esse sine artificio ut naturalis, ostenderetur in cunctis. Mala dicunt bona, & bona mala, vivificantes peccatores, mortuos gratiae, quasi insignes virtutes; & interficientes iniquas virtutes, quasi essent exercande iniquitates. Cuncta iudicia ditiguntur in commoda, prudentia fiducia, procul legis & rationis luce: etenim denudata ambitionis intentione; totum, ut per fas vel nefas conferrentur in obtenta dignitate: vigeant, floreat, ut sciant gentes, cum demones sint, quoniam homines sunt. Sibi dicentes, ut hic ait Hieronym. Ede, bibe, inde: post mortem nulla voluptas: equidem quid ad illos, quod regimen diaboli, modo sint

Ibid.

Peccata dissimulant propter commoda.

Gregori Maga.

V. 19.

Sic Praefides pravi, & muneris indigni.

Hieroa.

Fff

in honoris regimine? Hi frequenter hominum opprobria, cunctorum ludibria, indorati, indigni, quos ignorant merita, verum cognoscit fortuna: & ne avolet, quæ excedit ingressa & arrisit (ut merito meritis iaceat) fulcimina iniquitatum ponderi fortis inclinant. Apposuit Ioann. Mellius Soufa in Job. cap. 30.

Ultima fex hominum, stultum atque ignobile genus, Assuetum lacris, & fœdum abscondere vultum.

Soufa.

10 Exponamus in illorum pudorem, quo fulciatur huiusmodi politica, diabolica agendi ratio, qua refovetur ambitio: equidem in isthunc lapidem semper impingunt, nec scibus remouentur. Ab itinere trito patiuntur abduci, aut innata focordia, insensata lenitate, aut difficultatibus victi, aut obtestantium vocibus moti, aut studentes integritati famæ, aut peccantium fastidio impulsu, aut consulentis quieti; vel denique, quia velint amabiles haberi & blandi, pereiti pruritu cunctis in cunctis placere; quo ruber regiminis excedit, & moles Reipublicæ allisa miser tuit. Nos enim (dicunt) non possumus, nec venimus componere orbem. Erunt iniquitates, quandiu fuerint homines. Transeamus meliori modo, quo possumus; transcamus, ut alij tranierunt: alijs vigili tantâ sollicitudine non esset honoris dignitas, sed spiritus anxietas; nec venimus in munus ut laboremus, sed ut imperio à labore requiescamus. Res eant quæ eunt. Multa nocent mota, quæ immota haudquaquam nocent. Pridem subditi euntes ibant: eant. Non litigiosos oportet esse Præfides: numquam peccatur clementia; ut corrigantur, multoties dissimulanda delicta. Non venimus in carnifices, sed in patres. Si amore subditi etiam pravi continentur; quorsum officia iudicum: Timor non prodest quicquam. Hand increpatio gravis vulnera sanat, sed exulcerat. Congruit cum omnibus pacem habere, & supplicia relegare; quæ quidem nostræ opposita conditioni, & indoli. Neminem possumus aspicere tristem. Semper est locus ad gratiam, nec omnia æstimabimus malitiam. Cuncta transeant, cuncta fluant. An ut sanetur alicuius vultus, phatmacum non reddet exotos? Hand facile, docere invitos. Qui ultro in virtutem non procedit, impulsu cadit. Nequaquam vel pravi, ut mancipia coercendi. Memores simus matris uberum: neque potentioribus in quacumque ægritudine

Ratiocinatio Pre- fatis stultis, sine iudicij di- vini si- mone.

medicamentis utendum: consultiusque est, ægrem inter blandimenta suavitate perire; quam per anatomica igne & ferro conualescere. Sic alia, prorsum stultissima. Sicine, invidibimus horum paci, vel plorabimus cogitamina insipientia? Quæ non cogitat ambitio? Cuncta nœnix, atque cogitationes fine intellectu affectata pietas, fucata facilitas: siquidem modò pungatur re ingrata tenerimus, suavissimi- mus animus; non solum experitur immittos, sed truculentos. Dicit Terentius in Adelphi. Act. 2. scen. 1. v. 42.

Proh supreme Iupiter!

Infantre occipiunt ex incuria.

11 Ex huiusmodi impia in regimine dexteritate, inter fatuos plausibilib, confusio non ordo rerum, atque sentina vitiatorum. Quid (cùm in homine ad harmoniam, sit pars superior & inferior) si inferiores sensus indultu rationis laxatètur in cupita, atque illeceberram voluptatis decliramenta: Fieret homo sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quid hæcine execrabilis Babylonia si ingrederetur in claustra: Est malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis: positum stultum in dignitate sublimi, & divites sedere decursum. Vidi servos in equis, & Principes ambulare super terram. Vigilanter Nolite: Quædarse à pie. Idei, sine dignitate, quod plauditur potestatis decor & candor, & est vanitatis error & furor: etenim ei conceditur dominari, qui debet sua conditione servire. Si subditus & servus dominus; necessarid qui dominus servus. Quæ regula namque, si curva? Quorsum leges? Ut quid sanctitatis constitutiones, & vitæ norma; si singula singulis permittenda? Si nulla neganda, nullius contristandus vultus, nemo mœrore afficiendus? Quo intuitu Præfes eligitur, ubi uti Præfes subditis non moderatur, vel subditi non habentur? Si unicuique obsequendum, & ad placitum, prout titillat animus? Superiore non est opus. Quid sperari potest à familia (ait Scribani, 1. de Medic. religios. à cap. 10.) cui Superioris remisio in omnem libertatem habenas laxavit; in qua cuique voluntas sua pro regula, & affectus pro Superiore est? Quid non timeri (Exulat paulatim hinc omnis virtus, succedunt vitia, in ipsam Superiorem insurgitur: sequitur venerationis neglectus, & contemptus; & quibus oblocutiones & detractiones. Insuper, quod inferiores non sentiant mala periculaque, quibus

Terent.

Eccle. 10. à 5.

Singulis singula permittite, non est ordi- nis tenor sed hor- ror.

Scriban

Que & quamvis connoctia mala

ia.

factantur; aut immania, quibus insunt, precipitia, ruina proxima: aut vitia ipsa virtutes arbitrentur; cum videant, non ammari, imò & probari interdum, quorum prudentie commissi sunt.

12 Hæc via pluribus, æternitatis, districtique iudicij & tribunalis oblitis, videtur recta: sed ducit in Tartara. Cavet in suis Monasterijs N. Patriarcha, ut semper in illis floreat Monachorum venerabilis vita. Vita merito & sapientia doctrinâ eligatur qui ordinandus est (inquit, d. cap. 64.) Quod si etiam omnis congregatio vitijs suis (quod quidem alij) consentientem personam pari consilio elegerit; prohibeant pravorum prævalere consensum. Consensu sane pravo, Præfides in electionem, non constituendus in Præfide. Hinc pro malorum magnitudine non admoventur remedia, aut extrema tantum delictorum leviter tanguntur; nec ad interiora curatio accedit; vel quod deterrus, excusationes prætexuntur, minuendisque, leniendis ac propugnandis malis, rationis & quaruntur & reperuntur. Quo quidem placendi studio, universa religiosa disciplina dissolvitur: inferioribus occasio quilibet: audendi præbetur, deveniuntque ad summa transgressionum subigia: ad totius vocationis institutisque neglectum ac contemptum; dum singuli vitæ sibi genus formant, quale pronus cuiusque in libertatem animus suavit. Ita præf. Scribani, ibid. cap. 13. Videtis Gregor. Magn. in 1. Reg. 2. 29. & cap. 13. 14. & Bernard. 3. ad Eugen. cap. 4. & Epist. 126. Hos Præfidesita tenet ambitio, ac dominationis amara dulcedoq; obrutent aures suas, ne audiant sanguinem; & claudant oculos suos, ne videant malum. Iste sicce inter pravos allectos si vixerit; in excelsis habitabit. Quid ad visa & audita illorum censeat ambitus; dicit Ethnicus, quo dudum, Act. 1. scen. 2. à v. 16.

Nullum huius simile factum. Quorsum istuc? Non est flagitium adolescentulum, scortari, Neque potare. Non est: neque fores effringere. Prob Iupiter! Non est flagitium? Adigis me ad insaniam.

Terent.

Non est. Ausculta. Si quid peccat, mihi peccat. Obsonat, potare, olet arguento? De meo est. Amat? Dabitur argentum. Fores effringit? Restituentur. Discidit vellem: Sarcietur. Est (Dis gratia) Tom. VII. Tautol.

Et undæ hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.

Cure est mihi. Pater esse discet. Insaniam cum illo.

Quid istud? Si placet, profundat, perdat, pereat.

Nihil ad me attinet.

13 Hæc verba, diaboli oracula: delirioque voluntario respondet Sapiens: Cui vix? Cuius patri vix? Cui rixæ? Cui fovæ? Cui vix: lute huc patri: etenim ut eius firmaretur pro tempore thronus; permittit potire filios: patuitque centrum infelicitatis, quod ambiebat quasi culmen celsitudinis. Cui rixæ? Et in tanta pace? Utique. Dei iudicio experitur adversarios, quos relaxatione discipline quærebat artificiosè benevolos & amicos. Hostes acriores ex illicitis gratijs, patulis occultis iurgijs. Sine lege, nec Dei timore amicitia, nonnumquam tendit in odia. Hinc fovæ, quæ dolo eius occultæ: igitur postquam præcepit ruinâ iacet, foveas ex turpi criminum dissimulatione cognoscit. Dum Rector agenda, quæ novis despicit (subdit Gregor. in 1. Reg. 4. 1.) agitur cum eo districto iudicio, ut agenda non videat: quia implere noluist, quod videbat. Sanè fovea, sepulchrum, barathrum; quoniam accedente morte deducitur in infernum. Verum unde? Ex consortio atque venia, conniventia iniquitatum. Si videbas furem, curebas cum eo; & cum adulteri portionem tuam ponebas: additque Regius Psaltes: Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinabat dolos. Malitia, quoniam cognoscens legem perfectam; odivit in se subditisque disciplinam: & inter subditorum placitum, atque divinum præceptum; sermones legis proiecit tumens retrorsum, dimittens subditos in deluderia cordis, in illecebras cupidinis; cùm eius esset muneris, non flecti, sed toto pectore resistere sceleratis. Horat. 3. Od. 3. à v. 1. accinit: Iustum & tenacem propositi virum, Non civium ardor prava iubentium, Non vultus instantis tyranni, Mente quatit solida, Nec fulminantis magna lovis manus.

Prov. 21. 29.

Præf. rum and ciaten- dit in odio.

Gregor. Maga-

Psalm. 49. 19

Dissimulatio- ne, iniquitate iusticantur virtutes.

Horat.

Qui à cælo & in cælum regimine ducitur, in æternum à legis custodia noa commovebitur: Præfidesque blandientis, proposito utilitatis os abundavit malitia, ut subditorum caperetur gratia, quin penite- te polsint catenatæ iniquitatis; quippe dis-

Eff. a.

simulatione cogitabant flagitia tamquam virtutes.

14. Occurrere potest scopulus. Verum hic tu murus æneus es. Vis reper cuniculis insidiosa: ceterum tu es vigilans & confirmatus. Qualis ergo? Inuit, qui dudum, Valius instantis tyranni, manus lovis fulminantis, cuius ad nutum, si lubet, qualibet Orbis. Quid tunc ex tanta instantia subditis pravis? Mercenarius autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & dimittit oves & fugit. Vir iustus, propositi tenax, & si turbetur terra, & montes transferantur in cor maris. Præcipit Sapiens. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te; locum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet cessare peccata maxima. Quid hoc, exponit Caietanus hic. Post tractatum (inquit) de impediendis sapientiam Monasticam; consequenter tractat de sapientia politica, dicens: Si supervenerit spiritus dominantis, hoc est, auctoritas, seu ventositas dominantis; ne dimittas locum tuum. Maluend.

Eccle. 10. 4.

Caietan

Maluend

Quanam artes subditorum in Preceptis dicitur argueris. In obsequantiam

Quomodo utendum politicam in potestate persere nocuat

modo prævalerit ventositas dominantis: quæ quidem illi videtur æstimari ior maifestas; cum irideatur vacui capitis ventositas, atque cerebri vacuitas. Demonstrat sanè cerebrum & thronum. Ovid. 1. Metam. fab. 8.

Obeſt quoque gloria multis.

15. Pronamus abditus, visæ ex auctoritate fuilli, vanæ gloria. Locus præſidentie sit, etſi ſpiritus potestatem habentis, ne super ascendat, ascenderit super te. Tò Spiritus à Hieronymo intelligitur diabolus. Ita in Isai. 58. & in Zachar. 5. Vellamen nonnumquam virtutis, iniquitatis est vellis: & quod ostenditur ſpiritus & religionis zelus, est diabolus ſpiritus; quippequam huiusmodi molimina fraudis, dumtaxat quibant excogitari inter dæmones. Incumbit, superiorem potestatem habentis; subditos rebelles adigere Superiori. Hoc est zelatoris ſpiritus, atque in virtutum perfectionis animus: haud lactare pravorum audaciam & fovere malitiam: sed dum ita se gerit potestatis ſpiritus, inferior potestatis haud dimitteodas est locus quoniam in virtutis lamentabile exilium, qui potestate fungitur, nequaquam homo, sed dæmon. Causa subditur. Curatio faciet cessare peccata maxima. Si curatio, iam sunt vulnere: & potestate in potestatem perlabantur, ne sint maxima: equidem qui pravi, quodnam intactum relinquunt crimen; videntes sceleribus faventem, & adversus potestatem Superioris, superiorem potestatem? Non pacem congruit mittere, sed gladium, dum occurrit huiusmodi dæmonium: igitur (quantum vis ab hoc protectæ, nutritæ & foræ) compeſcentur florentes iniquitates, formidine potestatis, inferioris Superioris. Omnes artes ad curanda huiusmodi vulnera adhibendæ sunt; quia deficiat à superioris veneratione, nec relicto loco, locus detur maiori sceleri & vulnere, etenim cum plaga, etſi perveniat in cor, blandimine suavis sit, quippe vulnera laudantur, dum in montem inferantur; modò in curationem sancti politici corporis abesse Præſidis ordinarij potestas; a planta pedis usque ad verticem non eſset in illo sanitas.

17. Preſeruetur. In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultus æſtimat. Sapiens est, qui subditis erga prava moderatur. Sultus, qui ab illis in illorum vota regitur. Si responderet muner, ab illis audiret malè, vel expelleretur à munere. Si indulget, gaudet honore. Indulget. Inſipiens est: & cum sit stultissimè inſipiens, alios qui exactè regant, arbitrarur inſipientes; igitur illi videtur inſipientia, & summa mentis vecordia (inter aphorismos doctos à seculari sapientia) amittere in honorem excellentes maiestatis dignitates, quia nesciunt indulgere & præterire crimina propter maiestatem legis. Stulti sunt, qui non videntur stulti. Aliter error; imò stultæ, inutilis sapientie furor; quoniam evanesceit honor. Facillus est, indulgere; quam maiestatem defungi. Facillus, præterire vitia, quam subditorum obsequia. Si subditij erraverint, ipsi videntur. Hæc est sapientia seculari: querit quæ sua, vel non sua sunt; non quæ Iesu-Christi, sinistris cogitationibus, & cordibus inſipientibus: igitur propter futilem reverentiam, transitoriam volatilem gloriam, fugacemque auctoritatem; perpetuæ gloriæ (inſipientia) prostermit optabilem beatitudinem. Locum pastoris tenet, sed lucra animarum non querit. Terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalibus lucris patetur, impensâ sibi ab hominibus reverentiâ latatur. Hic est pastor? Ita

Ovid.

Ibid.

Tangenda potestatis reverentia, atque legum observantia.

Ibidem.

Preſes qui suam sibi videtur sapiens, cum sit desipiens

Boet.

Ratiocinatio inſipientium in contrariis sibi inſipientium subditorum

omnes stultos æſtimat. Cor enim in homine de loco ad locum non mutatur: cogitatio solum cordis hinc inde movetur. Est in sinistra, si cogitatur dumtaxat commoda & vana: in dextera autem, si rationi consona. Ad Lorin. hic. Ratio est, subditos legi ligare: diffonum, illegibis indulgere; & propter honorem, Præſidem vitia permittere: stultusque dicitur, dum sapiens sibi videtur; quippequam summa stulticia, animam perdere propter temporalia commoda.

Quod si putatis longius vitam trahi. Mortalis aura nominis. Cum sera vobis rapies; hoc etiam die iam vos secunda mors manet.

Ait Boetius, 2. de Consol. Philosoph. Met. 7. à v. 23. Ita ergo, dum in via regimini Præſes ambulat: quæ non est via, nisi in infernum; qui se suosque immittit in præcipitium: igitur tunc apparebit stulticia, quæ illi insulato videbatur prudentia. Dialecto nostrâ: Caminar con este parte, sino aza el inferno, no lleva camino.

17. Preſeruetur. In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultus æſtimat. Sapiens est, qui subditis erga prava moderatur. Sultus, qui ab illis in illorum vota regitur. Si responderet muner, ab illis audiret malè, vel expelleretur à munere. Si indulget, gaudet honore. Indulget. Inſipientes est: & cum sit stultissimè inſipientes, alios qui exactè regant, arbitrarur inſipientes; igitur illi videtur inſipientia, & summa mentis vecordia (inter aphorismos doctos à seculari sapientia) amittere in honorem excellentes maiestatis dignitates, quia nesciunt indulgere & præterire crimina propter maiestatem legis. Stulti sunt, qui non videntur stulti. Aliter error; imò stultæ, inutilis sapientie furor; quoniam evanesceit honor. Facillus est, indulgere; quam maiestatem defungi. Facillus, præterire vitia, quam subditorum obsequia. Si subditij erraverint, ipsi videntur. Hæc est sapientia seculari: querit quæ sua, vel non sua sunt; non quæ Iesu-Christi, sinistris cogitationibus, & cordibus inſipientibus: igitur propter futilem reverentiam, transitoriam volatilem gloriam, fugacemque auctoritatem; perpetuæ gloriæ (inſipientia) prostermit optabilem beatitudinem. Locum pastoris tenet, sed lucra animarum non querit. Terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalibus lucris patetur, impensâ sibi ab hominibus reverentiâ latatur. Hic est pastor? Ita

Gregor. Mag. Homil. 14. in Evangel. Veniet iudicium, & actioem diiudicij, de quibus non est modò iudicium; nec cogitatio. Tunc in cogitatione peccatorum suorum timidi; & objicietur quid honoris habuerint in honore. Ita felicitatis transit volatilis tempus, ut ignoretur transitus. Totum gracilis spuma, quæ sic & simul dispergitur a procella. Totum ab igne ambitionis fumus, quem dissipat levis ventus, vel foveat infelix maiestatis felicitas, oculos pungens in lachrymas. Ipsi dicunt. Nos nati, continuò deservimus esse (Vita in sceleribus acta, haudquaquam vita) In malignitate nostra consumpti sumus: & virtutis quidem nullum signum valimus ostendere. Tunc cognoscitur inſipientia, & cor pravum collocatum in sinistra: quandoquidem ex errore ambitionis pater erratum; dum tradunt illos ex adverso iniquitates illorum. Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum; nequando cripiat, & non sit qui cripiat.

18. Hinc post abundantiam malitiae, ut præmissum, num 13. dicitur à David. Lingua tua concinnabat dolos. Qui dissimulat mala, dolos simulat: etenim cum à Præſidibus indulta, subditij non cognoscant uti mala; doli ab illis construuntur, ubi uti mala correptione non accentur. Habetur uti virtus, quod turpissimum scelus. Iudicatur status perfectio, vitiorum abominatio, dolis efformatis blandimine Præſidis: igitur cum lingua illorum non separaret pretiosum à villi (ostensione peccati, sed vitia conniveret, uti pretiosa, ut gauderent munere) ut deciperet sub subditis, malitiosè inſtruxit dolos: arbitrabantur quippe sectari præceptorum rectitudinem, cum in dæmonis tenderent perpetuam captivitatem. Non aliam designat Propheta causam Babylonice captivitatis sub tyrannide Nabuchodonosoris. Propheta tui (ait) viderunt tibi falsa & stultas; nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. Exponitur in textu Respublica haud ordine regimini, sed confusione Babelis, in qua nemo intelligit linguam alterius; & cuncti dicunt, Quomodo cumque tranſeamus. Sicut populus sic & Sacerdos. Unusquisque in viam suam declinavit. En Babylonia. Percurrimus singula. Propheta tui. Tui, non Dei; siquidem non propheta. Tui, qui prophetae falli, vitiorum blandimine, concinnantes lingua dolos, pravos mulcentes affectus: igitur eius obsequabantur libidini: quasi

Illorum confusio.

Vita trahit non est vita. Sapiens. 5. à 13.

Psalm. 49. 29.

Distinctione criminis, in quo doli præſidis

Theoſ. 2. 24

Materes doli vitia sunt, spiritus est.

Gregor. Mag.

essent caelo allati. Tui : si non tui, quid quoddam Propheta? Propheta voluptatis vulnera (ut sanarentur) missi à Numine, designabant; non demulcebant: hi non probet, ni tui: siquidem nullum venerabaris ut propheten, ni loqueretur ad vitorum voluptatem. Quis tu? Qui propheta tui? Populus ad iracundiam provocans est, filij mendaces, nolentes audire legem. Hinc propheta tui, quorum adulatione, vultis videri religiosi, sed non esse; quippe protrita lege inter enormia flagitia, arbitramini vivere in amplissima religionis observantia. Verum unde? Dicunt videntibus: Nolite videre: & aspicientibus: Nolite aspiciere nobis ea que recta sunt. Videte nobis errores. Loquimini nobis placentia. Hi propheta, & propheta tui. Falsum est, quod propheta videt, si non placet: placitque praebes fidem, esse cognoscas errorem; cupiens, cunctos ab illis praedicari ut perfectos, quamvis viderint extremis vitij pravitatem mancipatos. Errores placent, recta displicent: prophetaeque tui plaudunt manibus, etiam dum vident immanissimum scelus; ne ad iracundiam à te provocata bile, per te turbentur à commoda dignitate. Unde cum hinc dominentur, & auribus prurientibus, avidè audiantur; ut dignitatis sit cum utilitate decus, & pœneant regiminis carpe munus; in lingua concinnant dolos, loquentes placentia: quandoquidem si honoris subsidunt commoda; indulgent, à via aberrare rectitudinis, & praecipites in ruinam sequi lubrici errores.

If. 30. 9.

Y. 10.

Et indigna facta est dignitas cum modo.

Ibid.

Sanct.

Isent despectus eius placet miseribus.

Stulta vera videbantur tibi; ut eluceret ex crimine & errore quam infarcti: equidem ita que dicebantur visa, à exigua ratione devia; ut vel insensatus cognosceret esse stulta: imò nec ab ullis credi posse, ni quis placeret decipi; & pari cladem quam volebant fingere. Nemo, ni stultus, crederet delirantibus; ut laceret desperatus, cui placet morbus.

20 Hanc conditionem cognoscebant medici Praesides; & ut essent Praesides, causam haud removebant, imò nec indicabant languoris; quo vulnerati fiebant immediatè. Nec aperiiebant iniquitatem tibi, ut te ad penitentiam provocarent. Non alijs, sed tibi: etenim sepe subditorum vulneribus pharmacum, alijs non manifestare que vulnera subditorum. Medici sunt, qui praesunt, ut languoribus medeantur, & in sanitatem, qui ignorant & errant, rigore vel malimine studiose perducant; quin malitiosè decipiant, dicentes bonum malum & malum bonum, cum periculo animarum: etenim errore vel ignorantia in vulnera corruunt, ex defectibus vulnera si neciverint. Doler penituntine, qui cognoverit peccasse. Cum deliquissent & maxime, supramodum, filij luca; non iuxta iniquitatem illis loquebantur Praesides, sed iuxta cert. Non ad salutem, sed iuxta ægotantium voluntatem: non iuxta ægotantium, sed iuxta infirmorum delicatam conditionem; ne exacerbatione ex acri medicamine vulnerum ut crudelium ad corvos mitterent medicum. Vulnerati ex criminibus, delendis penituntine, facebant; sed vulnera ut vulnera non cognoverant: equidem cum non aperiret medicus iniquitatem, crimina sequebantur tanquam virtutem. Que curare debebat felle, aceto, & pipere; medicabatur melle, quo intumescabant ulcera, fiebantque maiora, immedicabilia; erdentibus languidus sanitate esse, ex pharmacorum lenimiae. Ex crimine morbi pravitatis, sed à medico non dicebatur infirmitas: cum non corrigeretur medicamine, sed fovetur malimine: nemoque penitebat, quamvis lethaliter ulceribus ægotabat; quippequam nemo dolore penitente, de quo non doler. Quis sanus queret medicum in sanitate & Qui amiserit mentem: haud aliter in vulneribus animæ, factis à crimine: etenim cum à medico despicerentur, nec dolerent, aut ullam conscientiam immitteret vexationis; nemo in penituntinem dolore querebat pharmacum, quoniam morbum pestiferum,

Ibid.

Subditurum de se suis illis dicendi, non alijs.

Malus medicus qui cognoscit gravitatem, nemo, quin applicet medicinam, nec.

ex

ex medici sententia non cognoscebat ut morbum.

21 Ulterius. Obsequium fallaciter dicebat legi, quo lex & praevaricatores afficiebantur vulnerè, commodis muneris, ambitu dignitatis, dissimulatione criminis; cui pingebatur virtutis species: unde cum vulnus non aperire, sed suavitate mulceret, sine miseratione ægotantium, nec mæstitudine ulcerum; nemo dolore penituntini accessit, quippequam nemo de virtutibus doler. Uulnerum animæ medicina, est criminum penitentia, ludicare, corrigere vel acriter, vel dulciter debet Praeceptor, ne subditi corruant diaboli insidijs in pericula mortis. Saepè vario intuitu indulgentur, transeunt, & non ut sunt aperiantur; quo subditi seducti infeliciter in criminibus iacent, nec unquam penitentia: igitur saucij currerent in criminum penituntinem; si medici Praesides illis in dolorem aperuissent ut vulnus iniquitatem. Memini cuiusdam peccatrici dicentis, apud Terentium in Hecyr. Act. 2. scen. 1. v. 37.

Subditi respiciunt, si crimen Superioris in ducant.

Terent.

Donat.

Dissimulatione pereunt & medicus & ægotans.

Sanctus

Ierem.

Plaga pessima.

Y. 18.

vulnera deaurant. Subditi plebi, quia iniquitates, quali virtutes placerunt: illique amiserunt exules principatus honorem; & hi amiserunt prae vitij sub tyranno libertatem. Nota. Non dicit: Abierunt, sed Abierunt. Antequam abirent? Nullo modo. Innotuit, pridem sub diabolo, quod futurum sub Nabucho. Dissimulatione enim & complacentia publici criminis, iam erant cuncti captivi sub servitute & potestate demonis. Quomodo se geret Praeceptor in huiusmodi articulis; dicam Didasc. seq. à num. 1. Nonnumquam, dum attenditur in spiritualibus mandanis respectus, exitus omnino insultus. Boetius, d. à v. 6.

Et ante articula mortis sunt sub potestate demonis

Brevem replere non valentis ambisum, Pudebit anxi colima. Quid, è superbi, colla mortali ingo Frustra levare gestunt?

Bacc.

DIDASCALIA VI.

Principi inexpugnabile momentum, amor civium.

INQUIT Seneca, 1. de Clementia, cap. 19. Probantur vincula cordis, assiduis bonitatis argumentis: trahit corda gratia, conciliatque interdum ampliore maiestatem, maiestate relicta: equidem in Praesidis nonnumquam monumentum inconcussum, efformatur ex gratijs scutum cordium: igitur ut accinit Ovid. 10. Metam. fab. 9.

Senec.

Ovid.

Geminato crescit amore. Ex mythologis alij maiestatem confingunt matrem Amoris; alij amorem genitorem maiestatis. Dicimus in Ephemerida. 1. Maij. p. 12. & Iagoc. Octobr. n. 21. Frequenter enim unà Maiestas & Amor: ac incertum quis ex quo. Dubium oritur ex varietate utentium, & conditione cordium; vel ex usu aut abusu Principum; equidem in aliorum facie semper invenitur hilaris affabilitas: in ore aliorum severissima maiestas. Utrumque, ni tallor, sine modo: quandoquidem congruit prudentissimo imperio, & affabilis maiestas, & maiestuositas (fas sit dicere) affabilitas. Inter bona sunt modestus insessus (ait praefatus Stoicus, Epist. 66.) & compositus ac probus vultus, & conveniens prudenti viro gestus. Animus intuentis vera; non ex opt.

Commentatio Principis maiestas & amor.

Senec.

Leonis quasi avertentes severitatem; quoniam in throno qui sedet mansuetudine, affabilitate, amore non solum festive extollitur; sed prone à subditis universis adoratur. Hæc est Superioris gloria, sedem honoris habere benevolentia: cui iunguntur in playtum virtus & fortitudo; quippe corda subditorum potius flectuntur obsequio: aptanturque inclita virtute legi; quando reguntur amore. *Quam bene navigant, quos Amor dirigit:* dicit Otho Vanus, Emblem. Amor. 122. Hinc inter gloriam, Agni laudant, qui sub throno sunt sapientiam; qua sedens regit, qui benignitate ducit: igitur haudquamquam sapit, sed desipit; qui nascitur cupit leonis dira austeritate, quod melius perficitur agni dulcissima mansuetudine. Quod extensor igitur in subditos affabilitas, amplior in sede maiestas. *Videri* (subdit Seneca, Epist. 115.) *quantum decoris illi, quantum ponderis, gravitatisque adderet: quanta esset cum gratia auctoritas!* Hinc à Claudiano in Panagyri. Mallij præf. à v. 241. dicitur: *Que digna petitu Largitor facili: nec qua comitatur honores,*

Claud. *Ausa tuam levitor tentare superbia mentem. Froni privata manet.*

Elucet sicine differentia sedentium in sedibus honoris, & supra sedem sedentis. Hic non onus subditis, sed honor subditorum & dignitatis. Illi sedebant in sede honoris auctoritate: ille sedebat amore. Unde si celsa auctoritas & maiestas à sede; ille sedet supra sedem; quippe amplio rem habebat ex amore maiestatem. Illi in sedibus sedebant, quippe honore sedis digni. Hic supra sedem, eò quod ampliore dignus honore: igitur ultra eminentiorem thronum, ultra laudes, ultra plausum, Agni mansuetudine sanguinem dare pro subditis; qui illis poterat & iure, ostendere faciem leonis. Dicam appositè cum Boetio, lib. 1. *Consol. Philos. metr. 8. vers. 28.*

O felix hominum genus,
Si vestros animos amor
Quo cælum regitur, regat.

Boetius

7 Non ita stellæ effulgent sicut Sol, quippequam nimis elevatae sunt: & licet sint in cæli throno, primæ mirabilis magnitudinis: ab inferioribus designantur ut minores. Arbitrantur multi cadere, si videntur quasi à throno descendere: & quantumvis adsint stellarum lucidi, inferioribus faventes; haud ita accepti, quia

Gloria throni ex mansuetudine.

Oth. Vzu.

Seneca.

Claud.

Ex gratia amoris maiestatis maiestatis.

Boetius

semper ut Superiores, sunt in sede maiestatis: & ut captentur subditorum corda, interdum frontem debet aperire gratia. Piscibus Habacucus comparat homines, & piscatoribus Principes. *Facies homines sicut pisces maris?* In illorum capturam utus hami & sagenæ: dicunturque homines sicut pisces; quoniam alij capiuntur sensim cum suavitate, & alij tracti, sed vulnere. Rete ergo dicitur lex, signatque Apollolis Christus, quomodo hominum piscatores sint, abiecto hamo; quippe in legem non allecti, qui invitè tracti. Retè in capturam hominum arte retibus utendum: sed cogita modum. Hinc ceperant laborantes per noctem rotam; dixitque illis: *Laxate retia vestra in capturam.* Quidni dicit, *Mittite*, sed *laxate* vel *extendite*? Ut facile pisces haberent, cum nihil vel laborantes cepissent. Pisces non possunt in retia ingredi, si breves retium ocelli. Piscatores ambigunt, quos prendere cupiunt: illique dicit Christus, *Retia laxate*; quia in capturam pisces egent alia qua extensione. Arte enim est opus, ut detur ingressus. Ampliora sunt & extensiora retium fila in introitu, breviora in sinu: præcipitque Dominus piscatoribus in capturam piscium retia laxare; ut possint facile ingredi, verum nunquam possint egredi. Non dicit *Relaxate* sed *laxate*. Quid, quod in retia introant, si pisces fugerint: signatque Christus extensionem retis, sed neatiquam in effugium relaxationis; equidem nihil in captura captum, & copia piscium, si possent liberè exire, eadem facilitate, qua in retia ingressi.

8 Ita factum, subditque Matthæus, dixisse Christum: *Venire post me: faciam vos fieri piscatores hominum.* Ut tracti modò pisces; capiendi in retia legis, qui sine lege pervagantur homines. Sine retium laxatione non ingrediuntur, quippe corda hominum suavitate ducuntur. Laborabit sine extensione retium, ac totus labor in vannum. Non summo iure utendum, & causa legis & ratione potestatis: laxate retia, ut capi possint vel errantium corda: etenim haud conciliantur, quæ strictiore austeritate capiuntur. Vernaculè: *No se peisan corazones con nimiedades.* Angel. Politian. in *Rustico*, vers. 241.

Sic extirpabit gentes radicibus omnes.

Non enim ad fastum genus est mortale creatum.

Opus est laxatione, ut exactè impleatur opus: quandoquidem cordibus humanis gra-

Habac. 1. 14. Cur subditis imi lei piscibus in aqua vagantur?

Luc. 5. 4.

Modus retinendi in observatione in se intui.

Matthæ. 4. 19.

Angel. Polit.

Gratia præfissa retia cordium.

gratia; in illorum prudenter formantur retia; quies suaviter contiaentur, ne legum retia rompantur. Quam sollicitus creditor; sed nequam, in ære alieno gravatum; ut redderet universum debitum! Trux corque durum pater, cum totum ex toto peteret. *Suffocabat eum, dicens: Redde quod debes.* Reddidit? Nullo modo. Haud valuit. Daret, si exactor patientiam haberet. Redderet tempore, ni tyrannice creditor uteretur toto rigore iustitiæ, quo nihil factum; in respicientiam exactorum Præsidum, abuentium gratiam, & nolentium laxare retia in capturam: igitur qui possunt, & vellent, debita nequaquam solvunt; quia suffocantur. Aliquando retis strictè utendum est extensione, ut pisces capti continentur in rete. *Quod cadet alterna requie durabile non est: Hac reparat vires, fessaque membra levat.*

Ovid. *Arcus & arma tuæ tibi sint imitanda Diane.*

Si nauquam cesses tendere, mollis eris. Succinit Ovid. Epist. 4. v. 39. Hac de causa iussit Alerter N. laxare rete, haud hamos porricere in mare: equidem pisces non trahuntur etiam trahantur; quoniam invitè trahuntur.

9 Quæ Conditor totius orbis iurè usquequaq; vocatur Dominus cæli & terræ. 1. Eldr. 5. 11. unde Christus dicens, *Pater Domine cæli & terræ*, astringit plausum & dominium; quia dominus universorum est. Fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt. Cur igitur non extollitur dominus inferiorum; cum in eis etiam exerceat dominium, & in ditone eius universa sint posita, uti ab illo constituta; fateaturque principatum, quicquid continet ambitus cælestium, terrestrium & inferiorum? Ibi sunt demones cum hominibus damnati. Sunt subiecti, sed cor longè. Sub potentatu iacent, sed subiectos esse nolent: & licet Deus habeat in infernis dominium, haud nominatur dominus inferiorum; quoniam habetur dominium, sed non dominij excellentia, si subditorum Princeps non habet corda. Subiecti faciunt, quicquid à Domino iussunt. Trahuntur in Domini voluntatem, sed invitè; & quantumvis subiecti, non designantur ut subditi; quippequam à dominatione longe, quoniam subditi Superiori dominantij, voluntariè. Videtur tragedia Anaxarchi, cum tunderetur in pilo, de qua apud Laertium lib. 9. & Ovid. in *Ibini*, v. 573. Nulla potentis indicatur

Matth. 23. 28.

Ovid.

Nihil boni ab invito perit.

Matth. 21. 25.

Non subiecti, qui corde rebelles.

Tom VII. Taut.

potestas, quia erga illum oppressi erat averta voluntas: & in ipsa subiectione abnuatur dominium; quippe non dominus cordium. Haud ideo Superior immutetur, dum illum cor pravorum avertatur. Utau cum eis iustitia, quos non valuit in bonum flectere gratia. Subditi sunt, est invitè subditi, nec occant. Blasphemant. Flocci ducendum est, modò cruciati in inferno sint. Ministri pilo tundant, ut in pij in tenebris contescant. Videant irati flagellum, quem sprevere piùm; maximè cum desperatione conversionis in bonum. Haud aliter sese geret Superioris facies; si pro subditis (abit) habuerit demones. Perius, Satyr. 5. à v. 93. in rem aie. *Non Prætoris erat, stultis dare tenia rerum*

Officia, atque usum rapida permittere vite.

Et quid tam pravum est? Sed nullo thure litabis,

Hæreat in stultis brevis ut semiuncta recti.

10 Ergo in nostrum articulum ut trahantur qui trahendi, quippe alij expulsi. ne in infernum relegandi, & etiam fulmine. Per me? qua arrogantiam & superbiam detestor, dicebat Sapientia reges regnant, & legum conditores iuxta decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ergo sine illa in Regibus non est regnum, nec Principes imperantes habent dominium. Sanc. Non est in throno regio, nec in potentatu principatus, avertis ab illis subditorum cordibus: igitur ut regnent, corda conciliat summa potestas amoris; & nullatenus severitas maiestatis. Ducunt enim ratione & regentium modo, quæ voluntas capitavit imperio; equidem nihil reatum quod ad merito. Unde cum pateat regnum obedientia subditorum; Reges amore regnant, & suavitates Principes imperant: quandoquidem subditi spontè conditas leges custodiunt, & decreta iustitiæ nec in ungue prætermittunt. Discrimen signat David. *Subdit populum meum sub me;* non fat quod illius, ut sit subiectione subiectus. Sunt qui subiecti throno: sunt qui subiecti Principi, in throno potestate constituto: dicitque Princeps David, *Populum meum & sub me;* ut indicet habere subditorum etiam cor: etenim eorum futilis in subiectione subiecto, qui subsunt dumtaxat throno. *Meum & sub me.* Alia est maiestas, quam in throni sublimitate præbet Principis sublimitas. Est alius thronus

Qui non sicut gratia subigantur iustitiæ; quicquid dixerit: est blasphemant

Rectius

Prob. 8. à 15.

Plurimè potestatis, quæ potestatis.

Pf. 143. 2.

Qui subditi sunt potestatis: non eorum thronus.

Egg 2. pug

nus & cultus, quos subditorum efformat affectus: diciturque *Sub me*, ut micet, subditis quam charus sit: igitur subduntur Principi, quid subditi potestati: illiquippe voluntarie vel ad nutum obediunt; quamvis in throno ut Principem non haberent. Hæc ars amoris in augusta sede maiestatis, expulsa larva in reluctantiam timoris, diciturque, *Populum meum & sub me*, ut conset, vis amoris quanta sit: non enim erant subditi sub potestate, formidine: sed sine formidine sub amoris potestate. Hic respectus illustrat sedentem Superiorem: contrarius valet decorare interdum inferioris voluntatem; videntis dignitatis thronum, atque federe tyrannum; sine iure, sine lege dominantem, auctoritate & potentia dignitatis insolentem. Non est tunc sub Prælato, sed sub throno, collato per fas vel nefas indigno, per quem obediunt gloria, & subiectionis excellentia: siquidem virtutis fulgor; quod Superior Tyrannus, veneratione adoretur, ut Superior. Sic enim voluntas Dei, ad cuius placitum fit: etenim obedientie perfectio, se subdi in omni timore dominis; non tantum bonis & modestis, sed etiam dyfcolis. Alij tædio averfantur tyrannum & tyrannidem: hic hanc, non tyrannum, sequens virtutem; quic desideret, quod in alijs desiderat, dum subditos ad lubitum gravat: etenim per insignem subiectionem, veneratur indignum & dignitatem.

11. Aliter construit Præsidis gratia, quod demolitur arrogantis violentia. Unde Horatius, i. *Satyr. I. v. 86.*

Horat. Miraris, Si nemo prestet, quem non merearis amorem?

Hi nec sibi consulunt, nec dignitati, cum benevolentia valeat utriusque cedere gloria. Phrafi Christi emphatica constat, qua Apostolus feriem exponit regiminis, & præmia post prudentem moderationis. *Vos* (inquit) *qui secuti estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis.* Maiestas in sede est: quidni dicit, cum sederit in maiestate sedis; sed in sede maiestatis? Ut indicet discrimen sedentium, dum occupant thronum. Qui sedent, multoties imperant severitate: alij sedent principantes amore. Amor corda subditorum trahit: severitas asperitate subducendo averrit. Ille inferiores subdit & sub throno & sub Prælato: illa dumtaxat sub throno, & sub maiestate sedis, non sub sede maiestatis: Christusque in sede maiestatis promittit sedere, nequaquam

In quo obediencie perfectio

March. 29. 28.

Summa excellentia ex regimine habere subditorum corda.

in maiestate; quippe non gloriosè sedet; qui regit severitate terribili maiestatis, sed illice & attractiva maiestate dilectionis: etenim maiestas sedis habet subditos ut subditos per imperium; sedes verò maiestatis habet corda subditorum. Illa possidet subditum populum suum; sed non sub se: sub se etiam habet vel celsitudine muneris, qui sedet gloriosè in splendida sede maiestatis: quandoquidem dumtaxat gloriosus munere thronus, ubi qui sedet, habuerit subditorum animos: fugit enim Præsidem desiderabilis in regimine excellentia, ubi in opere ex imperio fugiunt subditorum corda. Pende: *In sede maiestatis sue.* Haud dubium, quod in sede sit maiestas. Cur igitur non sedes, sed sedentis in maiestate, designatur auctoritas? Ut habeat sub se subditos, qui subditos habet, dum tamquam Superior sedet: & in maiestate sedis, etiam ostendit sedem maiestatis suæ; quippequam propria pollet maiestate, qui in maiestate sedis, sedet amore.

12. Exit vincens ut vinceret: & data, est illi corona: igitur arcum habebat sine sagitta: & ante conflictum, nasus sine pugna trophæum; quoniam pro telo averit severitatis, sagitta faulse utebatur amoris. Vicit antequam vinceret. Vincit Præses, dum potestate subditis opus iniungit: diciturque victor, priusquam obijciatur ut Superior; igitur cum habeat subditorum corda, horum tanta promptitudo in obedientia; ut iam completum sit opus, ad audiendam vocem sermonum eius. Ita quidem animi subditorum vincantur, antequam imperij sagitta vincantur. Unde Plinius his predito doctibus, dicit Traiano: *Scis ubi vera Principis, ubi sempiterna sit gloria: ubi sint honores, in quos nihil flamma, nihil senectus, nihil successores liceat.* Si blandus potest regnare, quippe vel subditos læxos blandimine quit adducere. Horat. de *Arte*, à v. 392.

Orpheus
Dicitur ob hoc lenire tigres, rapidoque leones.
Dicitur & Amphion Thebane conditor arcis.
Saxa movere sono testudinis; & præce blandâ
Ducere, quod vellet: sint hæc sapientia quondam Publica. Sic honor & nomen divinit.

✱—D) (X) (C)✱

Ubi beniguitas, amplius maiestatem maiestatis.

Apo. 6. 2.

Ubi subditi vincuntur, priusquam potestate vincantur.

Plinius.

Horat.

DIDASCALIA VII.

Numerari culpa nequeunt, qua amore habenda potestatis perperantur.

Gregor. Magn.

Pericula & horror ambitionis.

Luc. 4. 9.

Tim. 6. 10. 1. Radix malorum.

Heb. 12. 25.

Quorundam tenetis asumptus à diabolo.

IN FIT Gregor. Magn. 24. in *Iob*, cap. ult. in hoc odio amore sui dilectionis specie, absconditur virus animæ, sine criminum timore: equidem propter vanitatis, auræque blandientis futilem ventum, a diabolo N. Assetor asumptus, ac in templi cupula insidiosè collocatus. Ut homo diliret vincere, indulsit ita à dæmone tories agi. Ex Christi victoria, qui honorum purigine percitus, cavere debet ab huiusmodi dæmonis assumptionibus: equidem qui assumit in thronum, subdole veterat invitatur præcipitium. Pende. *Mitte te hinc deorsum: dixit, Quorsum Deorsum, si fugeretur hinc.* Innuiter effectus ex assumptione diaboli, sub eminenti colore: igitur hic non solum ambitionis impellit in lapsum, sed ipso in lapsu deorsum; quoniam instat, quoque assumptum deducat astu in infernum. Verum ita ambitiosi mens cæca, & ratio splendore falso illusa, ut modo collocetur in sublimiori loco: abdicat fatuè quod assumatur à diabolo. Huiuscemodi cupiditas dicitur radix malorum; quàm quidam appetentes, erraverunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Elucet intellectiois defectus, ubi pro dignitatibus inferunt se doloribus; simul rigantes radicem malorum in appetentia vanitatis dignitatum: equidem in peccatoris ambitione, cuncta mala continentur, uti in radice. Signatur à Paulo & miro modo. *Radix amaritudinis fursum germinans.* Radix deorsum descendit: cur igitur fursum germinantem Paulus ambitionem innuit? Quid mirum? Germinant quæque secundum propriam speciem, & radicis conditionem. Unde si fursum germinant mala, cuncta erant in ambitione contenta. *Sursum & deorsum.* Aptè, ut quantum ostendatur ex lapsu ambitiosi præcipitium: consueturque radici fursum floride germinanti, deorsumque amarissimè tendenti; quippe assumptus à dia-

bolo, quo magis in honoribus fursum; eò magis in amorem verbus infernum deorsum. Canit Virgilius, 2. *Georgic. vers. 291.*

Que quantum vertice ad aras, Ætherias, tantum radicem in tartara tendit.

2. Nec tibi regnandi veniat dira cupido. Hoc est, se inferere doloribus deauratis, quoniam ex amaritudine solam germinant dolores: aboninandaque vitillans in honore magnitudo, qua splendat cum fastu ambitiosus in inferno. Omnia regna mundi etiam Christo ostendit dæmon, & in momento oculi, ut claretur momentum illorum nullius momenti. Conditio in fallacem traditionem fuit; si *cadens adoraveris me.* Insigne sanequam pronititur fastigium; ad quod non exaltationem dæmon permittit, sed casum. Christus ut nos instrueret, statim repulit: ambitiosus vel ante suggestonem, conditionem admittit: etenim adipisci ut valeat cogitatum honorem; ex abrupto confestim pronus adorabit dæmonem. *O ambitio quam cæca semper!* *O quam semper præsumptio pessima!* *O quam perdit concessa, qui concessa captat!* (exclamat Chrysol. *serm. 152.*) *Ob terrenum regnum impugna cælestem: terrenis inhians, irruit in divinas ipsamque pietatem totâ impietate scietur.* Apud illum peccandi amor. Ut habeat adorationem, adorat atonitus dignitatem. Ut prævaleat in vanitate sua, in vanum ab illo accipitur anima: igitur supponitur erga dæmonem ipsa adoratione auctoritas priusquam habeatur fallax adorata dignitas. *O quantum caliginis mentibus humanis obijcit magna felicitas!* Ille se supra rerum naturam esse tunc credit. *Solicissima atas est illis. Præteritorum obliviscuntur, presentia negligunt, de futuris timent.* Cum ad extrema venerint, serò intelligunt miseri, tandiu se, dum nihil agunt occupatos fuisse. Aliunde enim aliud transfugunt, & consistere unâ cupiditate non possunt. *Borum gavata trepida.* Non solidis inniuntur; sed eadem, qua oriuntur, vanitate turbantur. Numquam deerunt vel felices vel misera solitudinis cause. Numquam agerit, semper operatur. Hæc Seneca de *Brevi. Vita*, à cap. 14. Elucet, quomodo ambitiosi adinstat rota volvantur & volvant, & quomodo impij in circuitu ambulante. Crutius hic, accinit.

Versant cuncta volubiles, Rerum potestas cum datur improbis.

Virgil.

Matth. 4. 9.

Pro bono: qui concupiscit, dæmon non adhibet.

Chrysol.

Quo instat?

Seneca.

Sine metu astutus.

Psal. 111. 9.

Crucius.